Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



152

nichilum redigis. Quia inflam
matum est cor meum. et renes mei
commutati sunt et ego ad nichilum re
dactus sum. et nescivi. Ut iumen
tum factus sum apud te et ego sem
per tecum. Tenuisti manum dexteram
meam. et in voluntate tua deduxisti
me. et cum gloria suscepisti me. Quid
enim mihi est in celo: et a te quid
volui super terram. Defecit caro mea
et cor meum. deus cordis mei. et pars
mea deus in eternum. Quia ecce qui
elongant se a te peribunt. perdidisti omnes
qui fornicantur abs te. Michi autem
adherere deo bonum est. ponere in do
mino deo spem meam. Ut annuntiem
omnes predicationes tuas. in por
tis filie syon. ∧ ℣

Ut quid deus repulisti in finem
iratus est furor tuus super oves
pascue tue. Memor esto con
gregationis tue. quam possedisti
ab initio. Redemisti virgam he
reditatis tue mons syon in quo ha
bitasti in eo. Leua manus tuas in
superbias eorum in finem. quanta ma
lignatus est inimicus in sancto. Et gloria
tis qui oderunt te in medio sollem
nitatis tue. Posuerunt signa sua
signa. et non cognouerunt sicut in ex
itu super summum. Quasi in silua
lignorum securibus excidentium ar
bores eius in diuisione. in securi. et asci
a deiecerunt eam. Incenderunt ig
ni sanctuarium tuum in terra. pol
luerunt tabernaculum nominis
tui. Dixerunt in corde suo cogna
tio eorum simul. quiescere faciamus
omnes dies festos dei a terra. Signa
nostra non vidimus iam non est propha
et nos non cognoscet amplius.

Vsque quo deus improperabit inimicus
irritat adversarius nomen tuum in
finem. Vt quid auertis manum tuam
et dexteram tuam. de medio sinu tu
o in finem. Deus autem rex noster ante secula
operatus est salutem in medio terre
Tu confirmasti in virtute tua
mare. contribulasti capita draco
num in aquis. Tu confregisti capi
ta draconis. dedisti eum escam populis
ethyopum. Tu disrupisti fontes et
torrentes. tu siccasti fluuios ethan.
Tuus est dies et tua est nox. tu fab
ricatus es auroram et solem. Tu fecisti
omnes terminos terre. estatem et
ver tu plasmasti ea. Memor esto
huius inimicus improperauit domino
et populus insipiens nominauit no
men tuum. Ne tradas bestiis
animas confitentes tibi. et animas
pauperum tuorum ne obliuiscaris
in finem. Respice in testamentum
tuum. quia repleti sunt qui obscurati
sunt terre domibus iniquitatum. Ne a
uertatur humilis factus confusus.
pauper et inops laudabunt nomen
tuum. Exurge deus iudica causam
tuam. memor esto improperiorum tuo
rum eorum. que ab insipiente sunt tota die
Ne obliuiscaris voces inimicorum
tuorum. superbia eorum qui te odunt
ascendit semper. ∧ ℣

Confitebimur tibi deus confite
bimur. et inuocabunt no
men tuum. Narrabimus mi
rabilia tua. cum accepero tempus ego
iustitias iudicabo. Liquefacta
est terra. et omnes qui habitant in ea.
ego confirmauit columpnas eius.
Dixi iniquis nolite iniquitatem agere
et delinquentibus nolite exaltare